



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

IV. Dieselben berichten dem Erzbischof zu Magdeburg über des
abgetretenen Bischofs zu Meißen Einkünfte und Aufenthaltsort, am 31.
October 1229?

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

IV. Dieselben berichten dem Erzbischof zu Magdeburg über des abgetretenen Bischofs zu Meissen Einkünfte und Aufenthaltsort, am 31. October 1229?

Reuerendo domino suo A., sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo, G. dei miseratione Brandenburgensis Episcopus, H. Prepositus de Mildense debitum omnimode subiectionis et reuerentie famulatum. Cessione et procuracioni domini Misnensis Episcopi taliter est prouisum: prebendam habebit cum debitis prouentibus eius et in Castro Misnensi congruam mansionem, habebit singulis annis XL Marcas in locis ydoneis assignatas, habebit singulis annis XXIII maldra, IV tritici, Octo filiginis, XII ordei, Sex auene ad pabulum, ad mensuram terre Misnensis, decem dannicas Mellis habebit ad medonem singulis annis, habebit et Allodium Episcopale vicinum Castro. Altrinxit autem se Capitulum coram nobis apposito vinculo Juramenti, quod hanc prouisionem inuolabiliter in omni casu seruabit Ita quod si ex quacumque causa prouisioni defectus ingrueret, Capitulum moneret Episcopum fideliter et instanter, illum supplere defectum, quod si Episcopus omitteret, Capitulum ad supplecionem teneretur eandem. Sed et Episcopus, qui successerit, Jurabit, se bona fide promissionem huiusmodi seruaturum. Jurabuntque canonici pro tempore successiue in forma Juramenti, quod Capitulum super ea dinoscitur prestitisse. Actum halle, II Kal. Nouembris, In domo hospitem sancte Marie Noui operis.

Aus dem Liber S. Mauritii im Herzogl. Landes-Archive zu Bernburg f. 72 (Cop. IVa. f. 56 im k. Provinzial-Archive zu Magdeburg).

V. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg bescheinigen den Empfang von 400 Mark für die Abtretung ihres Eigenthums an Billingsdorf an das Kloster Berge bei Magdeburg, im Jahre 1233.

Johannes et Otto, dei gracia Marchiones de Brandinburch, vniuersis tam presentibus quam futuris salutem. Cum in primis et principalibus sigillorum conscriptis cuiuscumque rei peracte consistat robur et ualido, omni tamen actui siue permissioni cautelam sufficientem proderit adhiberi. Notum igitur omnibus esse cupimus, quod nos summam, quadringentas scilicet Marcas, in recompensum proprietatis in billigestorp deputatas, numero recepimus integro et perfecto, proprietati iam dicte penitus abrenuntiantes. Et ne heredum siue sequatium nostrorum temerata presumptio in uenerabiles uiros sancti iohannis, scilicet in berghe monachos, eiusdem proprietatis emptores aliquid indebite inuenire ualeat actionis, presentem cartulam cum sigillorum nostrorum appensa ordinari decreuimus et conscribi. Datum in aggermunde.

Nach dem Original h. R. Urkunden-Sammlung der Kloster Berge'schen Stiftung No. 25a. im Königl. Provinzial-Archive zu Magdeburg. Zu vgl. Cod. I, 1, 14.